

His itaque explicatis, ut jam ad controversiam nostrae speciei deveniamus (omissis aliis quaestionibus suscitatis per nostros Doctores, quas pertractant laudati supra n. 4. ad interpretationem d.l. 2.) Ratio dubitandi an reus veniret absolvendus ea erat; habita transactione de crimine, reus non potest condemnari ad poenam corporis afflictivam, ut ex dictis patet juxta expressam decisionem Text. in d.l. 2. sed tortura non potest imponi nisi casu quo poena corporis afflictiva veniat imponenda juxta Text. in l. edictum §. ff. quast. ibi: *Questionem neque semper in omni causa & persona desiderari debere arbitror*, ut notant communiter Doctores ad hunc Text. & probant Jul. Clar. d. §. fin. q. 64. n. 4. & ibi Baiard. num. 6. & 11. Cartier. in pract. tract. 2. de indicis & tort. §. circa secundum, n. 27. in fin. Cartar. in prax. interrog. recor. lib. 4. c. 1. n. 17. cum seqq. Peguer. decis. 16. n. 2. Farin. q. 42. n. 3. cum seqq. Mastrill. decis. 191. n. 35. & decis. 218. n. 8. Cabal. cas. 28. num. 4. & cas. 170. n. 14. Plurib. Guazzin. def. 30. c. 3. per tot. Giurb. conf. 14. n. 4. conf. 73. num. 7. & 11. conf. 82. n. 24. & conf. 91. num. 19. Thoro in com. decis. tom. 1. verbo *tortura, de jure comm.* Ciazus disceptat. 2. num. 98. & disceptat. 23. n. 31. Ex nostratibus Antonius Gomez lib. 3. var. c. 13. num. 2. Paz in prax. tom. 1. part. 5. §. 12. n. 32. Bolaños in Cur. Phil. 3. part. §. 16. numero 3. Thomas Sanchez in Cons. moral. 2. parte lib. 6. c. 3. dub. 15. num. 1. Simancas de Cathol. instit. tit. 65. num. 62. Don Joannes Vela de delict. part. 2. c. 9. num. 21. Ayllon ad Gomez d. cap. 13. num. 3. quod communiter receptum est, & in Aula quotidie practicitur: Ergo cum iste reus remissionem homicidii obtinisset media transactione inita cum uxore occisi quae in accusando de illius nece ceteris cognatis praefertur, ut ex Bartolo, Baldo & aliis plurimis probat Farin. quast. 13. n. 14. cum sequent. quod apud nos carer dubio, ex traditis per Antonium Gomez libro 3. variar. cap. 3. num. 65. Petrum Plaza in epit. delict. c. 40. num. 2. Paz in prax. tom. 1. parte 5. cap. 3. num. 14. Padillam in dict. l. transgredere, num. 57. Tela de delictis parte 2. capite 5. num. 41. Flores de Mena libro 1. questione 7. per totum. Zevallos dicta questione 77. in fine. Bolaños in Cur. Philip. §. 8. num. 8. Villadiego in polit. c. 3. n. 150. & seqq. Lara de anniverf. lib. 1. c. 13. Ayllon ad Gomez d. c. 3. n. 66. quod nititur decisione Text. in

l. 14. tit. 8. part. 7. clarè sequebatur, quod non poterat condemnari ad poenam corporalem, & sic quod injustè tortus fuit, sed injustè tortus, etiam si confiteatur crimen, & in confessione ratificetur, debet absolvi, quia talis confessio ei nocere non potest, cum nullius efficaciam sit, ut probant Carrer. in pract. tract. 2. de indicis & tort. §. circa quartum quando, num. 2. Mascard. de probat. conclus. 353. num. 1. & concl. 1385. n. 5. Boss. tit. de confess. per tort. n. 1. & 17. Seaccia de re judic. gloss. 14. q. 8. ex n. 32. & q. 21. ex n. 12. Farin. q. 41. n. 95. & q. 83. num. 1. cum seqq. Guazin. def. 4. cap. 3. n. 19. cum seqq. Novar. de gravam. Vassallor. tom. 2. gravam. 100. n. 44. Ex nostratibus Episcopus Simancas de Cathol. instit. c. 163. n. 34. Ant. Gomez d. c. 13. n. 25. vers. sexto. Ubi Ayllon num. 26. vers. & pro illationibus. Azevedo in l. 3. tit. 10. lib. 4. recopil. n. 108. Sanchez in Consil. moral. tom. 2. lib. 6. c. 3. dub. 13. & c. 4. dub. 3. n. 6. Ad eod. ut aliqui teneant quod totus processus corrumpit, Marfil. in pract. crim. §. quoniam, n. 43. Bossius tit. de citation. n. 13. Grammat. conf. 71. n. 8. Ciaz. discept. 9. n. 389. Ex quibus videbatur dicendum quod iste reus absolvendus erat.

Cæterum extra ordinem condemnandum decrevit Aula, quia licet verum sit quod tortura injustè adhibita nullum effectum producere valet, etiam si reus confiteatur, & in confessione ratificetur, ita ut ex tali confessione condemnari non possit, ut omnes Doctores superius adducti tenent: tamen processus non corrumpit, neque vitatur, nisi respectu torturae & confessionis, ut docent Baldus in l. militis, & in l. 1. c. de quast. Brun. de Indic. q. 6. part. 2. n. 28. vers. nota. Carrer. in pract. crim. & in l. observarem, n. 199. Baiard. Clar. d. q. 64. n. 3. Guazzin. d. defens. 4. c. 3. n. 19. Et cum ex processu legitime concluso ante torturam in eundem reum indicia urgentia resulerent, ratione eorum poena extraordinaria plesti poterat; quia hæc indicia purgata non fuerunt per ipsam torturam; tum quia negativus non permansit, quod necessarium erat ut purgarentur, juxta notata supra controvers. 26. num. 36. cum seqq. Tum etiam quia non fuit sufficienter tortus, nam in principio ipsius torturae crimen confessus fuit. Levis enim tortura non dicitur tortura ad hunc effectum, Bald. in l. 2. c. quor. appel. non recip. Marfil. in l. repeti, n. 5. ff. de q. Scacc. de jud. l. 1. c. 42. n. 5. Ad

Ad hoc autem ut tortura purget indicia ad mensuram ipsorum indiciorum adhiberi debet. Bossius titulo de sententiis, num. 70. Berouius. conf. 32. per tot. Hippol. Riminald. conf. 121. n. 25. Caballus cas. 288. n. 8. Ciaz d. discept. 9. n. 328. Licet enim ex eo quod indebitè vel injustè quis torqueatur, actus torturae, & confessio inde secuta nullius efficaciam remaneant, indicia præcedentia purgata dici non possunt, quando reus crimen fatetur, satis enim nullitati torturae tribuitur, si nullum producat effectum, absque eo quod proferat crimen contenti.

Quibus addebatur, quod attempta facti veritate reus iste non fuit indebitè aut injustè tortus. Nam ad hoc ut tortura injusta dicatur, requiritur quod delictum de quo agebatur, factum fuisset absque qualitate infidiarum, ut dixi hac eadem controvers. limit. 3. n. 19. aliter enim pax seu transactio non prodest, ad vitandam poenam corporis afflictivam. In actis enim probatum reperiebatur quod familiariter procedendo ad illud egenorum receptaculum pervenerunt occisus, & reus, & cum soli remanerent, ille lethali-ter vulneratus repertus ibidem fuit, qui in actis solemniter retulit se ab ipso socii nulla præcedente causa percussum fuisse. Reus verò fugam capiendo apprehensus fuit cum cultro sanguine asperso; inimicitia causa nulla apparebat, & sic prudenter præsumi poterat non casu, sed dolo & infidiosè homicidium paratum fuisse. Et ad eruendam veritatem quoad hanc qualiteratem excludentem effectum transactionis, & pacis potuit ad torturam condemnari. Sic docent Baldus in l. 1. c. ad l. Cornel. de fals. Julius Clarus in praxi d. §. fin. q. 55. n. 16. Nicol. Boër. decis. 164. n. 11. Bertazol. conf. 449. n. 2. Bajard. ad Clar. ubi proxim. n. 46. Farin. q. 40. n. 17. & quast. 81. n. 136. cum seqq. Guazz. defens. 30. c. 7. n. 2. Sigisim. Seaccia d. lib. 1. c. 38. n. 13. Pater Martin del Rio disquis. Magicar. lib. 5. sect. 9. vers. ceterum.

Et licet aliqui ex his dubitent, an hoc procedat casu quo reus ante torturam fatetur crimen cum qualitate minuente poenam, respectu rei negantis totum factum, omnes unanimes tenent quod potest justè torqueri super qualitate aggravante. Hic enim reus negativus in totum ante torturam reperiebatur, ac per consequens, justissime ad torturam condemnatus fuit. Sed quia per confessionem ipsam torturam subsequenter de-

prehendebatur casu magis quam dolo percussisse, licet absque causa legitima, & ex actis aliud liquèdè non apparebat, cum suspicio infidiarum levissima esset, poena extraordinaria fuit punitus, nempe tritemium per quadriennium, juxta Tex. in d. l. 10. tit. 24. lib. 8. recopil. de qua nonnulla prælibavi, in hac eadem controversia n. 22. cum seqq.

## CONTROVERSIA XXVIII.

De crimine probato per instrumenta, & acta, & an Actuarius credatur, si de mandato iudicis fidem dederit de crimine coram eo patrato.

## SUMMARIUM.

1. Facti species proponitur.
2. Actuarius fidem de gestis ante se debet prestare in ipso die.
3. Crimina per instrumenta probari non posse tanquam regula traditur ab aliquibus Doctoribus. Contrarium n. 23.
4. L. absentem, ff. de poen. cum aliis iuris expenditur.
5. Absens neque accusare, neque accusari potest.
6. Seu venire ad iudicium recusans sepe nocens reperitur.
7. Accusator carceribus mancipabatur, ut si non probaret, poenam talionis subiret, quod hodie non observatur.
8. Absens apud nos legitime convincitur, si citatus fuerit juxta formam legis, de ea citatione caventis.
9. Testes in criminalibus coram iudice debent representari.
10. A separatis non fit illatio.
11. Testium examen apud nos potest per Iudicem aliis committi.
12. L. testium, §. item Divus, ff. de testib. expenditur.
13. Testimonia de jure sunt depositiones, vel dicta testium jam scripta, non tabula publica, vel instrumenta, seu acta & n. 32.
14. Testes idonei in criminalibus requiruntur, non omni exceptione majores.
15. Testes omni exceptione majores, qui sint & quam difficile videantur reperiri.
16. Probationes extrinsecae quaeruntur.
17. Testis dictum pendet ex auctoritate dicentis.



- centis.
- 18 Instrumenti fides à publica auctoritate.
- 19 Instrumenti fides percipitur ex subscriptione publicae personae ad id destinatae, ut Notarii, Tabelliones, sive Actuarii causarum.
- 20 Testes de jure, debent juramentum praestare reo citato, vel praesente.
- 21 L. Divus Hadrianus, ff. de custod. reor. expenditur.
- 22 cap. cum in Ecclesia de majorit. & obed. expenditur.
- 23 Instrumenta de jure in criminalibus plene probant.
- 24 L. fin. C. de probat. expenditur.
- 25 Species probandi regulariter quae sint, & n. seqq.
- 26 L. 2. C. quor. appellat. non recip. expenditur.
- 27 L. ubi falsi 22. C. ad leg. Cornel. de fals. expenditur.
- 28 L. exercendis 15. C. de fid. instrument. expenditur.
- 29 Litis nomine causa criminales comprehenduntur. & n. 33.
- 30 D. c. cum in Ecclesia, pro sententia affirmativa adducitur.
- 31 L. 21. tit. 1. libro 2. for. judic. expenditur.
- 32 Verbum Escuto significat instrumentorum probationem.
- 34 L. 8. tit. 14. part. 7. cum aliis juribus expenditur.
- 35 Hic Textus species probationum tradens loquitur de causis criminalibus.
- 36 L. 3. & 6. tit. 8. lib. 1. for. leg. expenditur.
- 37 Actuarius non conficiens instrumentum de judicis praecipio puniatur.
- 38 L. 6. tit. 11. lib. 3. Ordinam. expenditur.
- 39 Instrumenta in criminalibus edi possunt post conclusum in causa.
- 40 L. 1. tit. 6. lib. 4. recop. expenditur.
- 41 Testium nomen comprehendit instrumenta, & e contra.
- 42 Instrumentum quam probationem facere solet. & n. 51.
- 43 Instrumenta quoad probationem testibus potiora sunt.
- 44 Doctores opinionis negativa, regulam destruere potius, quam instruere videntur.
- 45 Observantia antiquissima, & recentior probandi crimina per instrumenta. & n. 52.
- 46 Doctores negativam impugnantes, & affirmativam tuentes.

- 47 Doctores negativa opinionis suam regulam limitando, vel declarando affirmativam firmare coguntur.
- 48 Instrumentorum, seu scripturarum genera quot sint ad probandum.
- 49 Instrumentum publicum inter privatos confectum, crimen in eo contentum probat.
- 50 Instrumenta auctoritatem, & fidem capiunt à signatura Tabellionis, & apud nos à subscriptione partium, quae necessaria est.
- 51 Instrumenti probatio inducit notorium, plenam probationem facit, probatam, evidentem, manifestam, realem, indubitam, habens vim casus legis, & decisionis.
- 52 Instrumentorum crimina probantium in praxi plura exempla. & n. 53.
- 54 Acta judicii plene probant contenta in eis.
- 55 Acta judicii quam solemnitate requirant de jure nostro.
- 56 Actorum nomine non modo interlocutiones seu iudicum decreta, sed omnes scripturae, quae de dictis, & factis partium conficiuntur, comprehenduntur, & n. 57.
- 58 Officiali publico fidem praebenti de re ad se spectante ratione muneris, credendum est.
- 59 Testes non requiruntur ad acta judicialia conficienda.
- 60 Acta judicialia plene probant in pluribus, juxta praxim nostram Aula.
- 61 Acta judicialia notorium faciunt, & quod ex eis resultat, dicitur evidenter constare.
- 62 Acta judicialia probant factum in eis contentum, & quando ad integram criminis probationem aliquid per aliud genus probandi supplendum est, non ideo minus authentica dicenda sunt, ut in testibus evenit, quorum depositiones frequenter suppleri solent.
- 63 Attestatio Actuarii de praecipio judicis facta, habet vinculum iuramenti, & solemnitate examinis.
- 64 Scriptura privata si legitime comprobatur probat crimen in ea contentum.
- 65 Non solum in scribentem, sed in mandantem, aut consensum praebentem.
- 66 Recognitio scribentis tribuit privatae scripturae vim instrumenti publici contra ipsam.
- 67 Comparatio literarum an sit sufficiens comprobatio scripturae privatae, in criminalibus.
- 68 Observatio Aulae quoad crimina probata per privatas scripturas.

- 69 Scriptura privata apud aliquem reperita, & ab alio scripta an in eam probationem faciat.
- 70 Turpia contenta in epistola reperta apud adolescentem, ab eo lecta an sufficiat ad condemnandum.
- 71 Instrumenta quae non continent substantiam criminis, sed illius confessionem, habent vim confessionis extrajudicialis.
- 72 Attestatio criminis patrati in praesentia Actuarii, si fiat de praecipio judicis, plene probat.
- 73 Actuarius debet rogari à partibus, sed non in his quae sunt de praecipio judicis ex officio procedentis.
- 74 Actuarius causarum criminalium praebens fidem de crimine in sui praesentia commissio, non praestat fidem de re ad se non spectante ratione muneris.
- 75 Actuarius si legaliter procedit non obtinet vices delatoris.
- 76 Actuarius causarum criminalium, ad quae peragenda opus habet confessionis judicis.
- 77 Apprehensivibus referentibus aliquod crimen, non esse credendum nisi solemniter, ut testes examinentur, aliqui ternerunt; sed hoc remanet sub arbitrio judicis.
- 78 Actorum judicialium publica fides, an infirmari valeat testibus, vel instrumentis.
- 79 Favore defensionis reorum.
- 80 Actuarii, & Tabelliones licet plures legales, & integerrimi sint, plures etiam reperiantur, qui in exercitio muneris peccare solent.
- 81 Decisio Aulae.

**U**idam accusabatur de verbis seditionis prolatis in contumeliam supremorum Judicum, adstantibus Regiae domus, & Curiae Apparitore, & Actuario causarum criminalium, ex distinctis atque electis ad has causas instruendas quos appellamus officiales nostrae Aulae; dum in exercitio muneris implendo occupabantur, bona fratris hujus rei, de alio crimine accusati judicialiter describendo. Temporis occurrentia crimen non modicum aggravabat, ob quod certior factus de his quidam ex Dominis Aulae, iussit eidem Actuario fidem praestare, de eis quae eo praesente gesta fuerant. Cujus praecipium exequendo, instrumentum publicum fecit eadem die; nam licet ad has fides sive testimonia praestandas, tritium dierum spatium Actuatis & Tabellionibus concedatur per l. 15. tit. 25. lib. 4. recop. hoc intelligitur ad tradendum exemplum instrumenti, ut docet Azvedo ibid. n. 1. sed ad conficiendum; illius dici terminus est praefixa, in quo aliquid gestum dicitur, quia non potest praestare fidem de praeterito, sed de praesenti, ut probant Hermosilla in l. 9. tit. 1. part. 5. gloss. 7. n. 30. Parca de instr. edit. tom. 1. tit. 1. resol. 3. §. 3. n. 11. in hac enim fide, tota criminis series comprobatur. Dubitatum fuit in Aula tam in hoc casu, quam in aliis, an crimina per has attestaciones probari possent?

In primis perpendebatur communis Doctorum regula per Cynum, & alios plurimos tradita, & per Farinacium cunctis relatis statuta q. 84. n. 1. cum seqq. quae dicitur crimina instrumentis probari non posse; quam ex nostratibus sequitur Didacus Casera in quae. crimin. tit. de tangente. probat. c. 3. per tot. Ante eum Montalvus in l. 12. tit. 19. lib. 4. for. leg. ad fin. gloss. vers. item facit ad materiam. Ex qua obtinuisse absolutionem, causa hujus Patronus, qui allegationem doctam satis atque elegantem ediderat, sibi suum habuit. At verò in Aula ubi cuncta accuratissime perpenduntur, licet tot Doctorum calculis instructam regulam cernebamus; fundamentis illius attentè timatis plures dubitabamus de illius subsistentia.

Quia in primis Doctores illius opinionis expendunt Text. in l. absentem, ff. de pen. quatenus in eo cavetur, quod nemo absens condemnatur, ex quo inferunt, ergo multo minus convinci debet. Quam illationem probari dixit Farin. d. q. 84. n. 2. ex cap. pro scriptura 3. q. 2. quem Textum in Decreto non invenit, sed e. per scripta 3. q. 1. At nec iste hoc dixisse apparet, litera ejus inspecta; quia in eo solum cautum reperitur, quod nemo absens accuset, vel accusetur; quod est valde diversum. Ex Text. in l. 2. C. de requir. reis. Contrarium probatur; nam in eo dicitur quod nolens adesse, in judicio potest nocens reperiri, etsi in judicio non posset convinci dum abest, nunquam nocens reperiretur. Denique Text. in l. fin. C. de accusat. de probatione in absentem non tractat, sed in eo cavetur quod accusator carceribus mancipetur durante causa accusationis, ut si non probaverit, puniatur; poena nempe talionis cui submittebatur, l. ab Imperatore, ff. de praev. ca.



tor. cum aliis traditis per Revard. ad lib. 12. tabul. c. 25. Petr. Gregor. lib. 31. syntag. c. 10. Clar. §. fin. q. 14. & Farin. q. 16. Quæ praxis quoad summisionem in Regno Valentie in viridi observantia est, ut dixi de regim. lib. 1. c. 4. §. 4. n. 29. licet non quoad detractionem accusatoris, sed in his Regnis de consuetudine sublatâ reperitur, ut cum Didaco Covarr. Paz & aliis probat Vela de delict. part. 2. c. 5. n. 28. Quæ dispositio præbet rationem decidendi ad Text. in d. c. per scripta in quantum iussit, ne absens admittatur ad accusandum, quia cum pœnæ talionis submitti non poterat absens, ideo accusatio illius non recipiebatur: sed ratio decidendi, in quantum dixit quod absens non accusetur, ea est ne inauditus condemnetur, non autem ne convincatur; nam convinci de crimine utiliter potest, ut ex d. l. 2. de requir. reis dixi. Quæ apud nos absque dubio procedunt, quia per nostras leges reus absens, vel contumax legitime convincitur dum citatio fiat iuxta formam legis, ita ut testes in eum producti si postea comparuerit vel capiatur, in suo robore & firmitate permanent, absque eo quod necessarium sit eos repeti, Text. in l. 1. 48. styli, l. 3. tit. 8. lib. 2. for. leg. l. 2. tit. 2. l. 9. tit. 11. lib. 3. Ordin. l. 9. eum quatuor seqq. tit. 2. cod. lib. 3. l. 3. tit. 10. lib. 4. recopil. Ubi latè Paz, Montalvus, Didaco Perez & Azevedo Ant. Gomez in l. 76. Taur. per tot. præcip. num. 13. & 14. Pichard. in manud. ad prax. p. 3. §. 3. n. 35. Bolaños in Cur. Philip. p. 3. §. 18. n. 7. & 8. de quo aliqua dixi 2. de regim. Val. C. §. 7. n. 40.

9 Secundum fundamentum desumunt prælibati Doctores ex l. Judices cum Authent. seq. C. de fide instrum. quia in eis cavetur quod in criminalibus testes debent coram Iudice representari: ex quo inferunt quod instrumenta non probant, quia coram Iudice non sunt, inepta profus atque illusoria illatio, quæ non concludit nec argumentum præstat: nam, ut inferius explicabitur, diversa species probandi est illa quæ fit per testes, ab ea quæ fit per instrumenta, & à separatis, vel diversis non fit illatio, lege Papinianus, digestis de minoribus cum aliis adductis per Barbofam axiomate 205. sed casu quo concludere assumptum dicamus, & apud nos sic Iudicibus iustum in gravioribus, ex l. 26. & 27. tit. 16. part. 3. & ex l. 28. tit. 6. lib. 3. recopil. Ubi Gregor. Lopez & Azevedo cum aliis per me relatis supra

cont. 25. n. 71. Tamen defectus huius solemnitatis non vitiat actum, neque examen testium reddit nullum, imò per specialem legem permittitur Iudicibus est quod aliis committant. Sic probat Text. in l. 12. tit. 8. lib. 2. for. leg. ibi: *ningun ome non diga testimonio por Carta, mas el sea presente ante el Alcalde o ante quien el Alcalde mandare.* Et sic non solum examen potest committi, ut Montalvus ibid. notat glos. 2. absque vitio nullitatis, ut cum Covar. & aliis plurimis probat Barbofa lib. 2. rot. 17. n. 193. Sed inferunt quod defectus iste suppleri potest per iudicis præceptum ibi: *O ante quien el Alcalde mandare.* Si enim expressum in d. Authent. de qua agimus non vitiat actum, etiam si omittatur, multò minus instrumentum vitabitur, seu ejus fides quæ per inductionem sub ejus dispositione comprehendit præsumitur.

11 Tertium fundamentum desumitur per hos Doctores ex Text. in l. testium. S. item Divus Adrianus, ff. de testib. quatenus ait Consultus, quod testibus non testimoniis credendum est: ex quo inferunt quod acta, & instrumenta Tabellionum quibus fides præstat de aliquo facto per hunc Textum exclusa sunt in iudicio criminali, de quo Callistratus tractat. Sed hæc interpretatio expressè pugnat cum decisione Textus, & verbis illius: nam in eo non tractatur de instrumentis sive actis in publica forma confectis, sed de dictis testium per scripturam minus solemniter factam exhibitis, & nullo legitimo examine præcedente, & hoc est quod in epistola Divi Adriani, ab eodem Callistrato relata, continetur, verba sunt hæc: *Quod criminis obiecterit apud me Alexander Apro, & quia non probabat, nec testes producebat, sed testimoniiis uti volebat, quibus apud me locus non est: nam ipsos interrogare soleo, quem remissi ad Provincia Presidem, ut is de fide testium quæreret & nisi impleisset quod intenderet, relegaretur.* Itaut tota series epistolæ divi Adriani in eo Textu relatæ de testibus & eorum dictis quæ testimonia dicuntur, loquatur. Sic probant Text. in l. testimoniiis 2. l. in viti 8. l. in viti 19. l. in testimonium 20. ff. de testibus. Notat Goro-fredus in d. l. testium, & pluribus Alphonsus de Villadiego in l. 21. tit. 1. lib. 2. for. judic. n. 4. statim expendenda: quare miror tot tantosque viros turpiter errasse in expositione huius Textus, testium dicta pro tabulis, instrumentis, & actis usurpando

pando. Ratio autem ob quam Consultus ex divo Adriano docet testibus, & non testimoniis credendum esse, tradita reperitur à Modestino in d. l. 2. ff. de testibus. ibi: *in testimoniiis autem dignitas, fides, mores, gravitas examinanda est; & ideo testes qui adversus fidem suam testationis vacillant audiendi non sunt.* Cum enim fides testium dependeat ex probitate illorum, ut statim dicitur, bene ait Consultus, quod testibus, & non testimoniis credendum. Sed quid hæc cum instrumentis, tabulis seu actis, nisi aut latinum sermonem ignoremus, vel terminos scientiæ legalis confundamus?

14 Quartum fundamentum desumunt ex l. fin. C. de probat. quam expendunt ex eo quod in hoc Text. dicatur in criminalibus requiri idoneos testes, sed non intra terminos Textus se continent, imò addunt requiri omni exceptione majores; quod si verum esset, cuncta ferè delicta hodie remaneret impunita, nam si Ciaz. credamus disp. 8. n. 4. Testes omni exceptione majores illi dicuntur quibus nil præsumi potest opponi, & superant etiam omnem frivolam exceptionem, & undique sunt invulnerabiles, labitur enim, quia, ut jam dixi cum Guaz. defens. 33. 14. n. 5. Quis est is, & laudabimus eum? Textus enim 12 d. l. fin. solum requirit idoneos testes, quod est valde diversum, ut probatum remanet contr. 2. n. 25. cum seqq. Sed hoc est extra materiam nostræ controversiæ, cum supponamus instrumenta idonea in publica forma, atque legitime confecta; nam ea quæ aliquem defectum continent, impugnari valent, sicut testes producti variis objectionibus reprobantur, & nihilominus probatio per testes admittitur. Et sic ex eo quod dicatur per instrumenta crimina probari, non excluditur iusta impugnatio à reo in sui defensionem probanda. Neque percipere possum quid commune habet probitas testis ab istis Doctoribus considerata, cum exclusione probationis per instrumenta? dispar enim omnino ratio versatur. Nam licet testium & instrumentorum probationes conveniant in eo quod probationes extrinsecæ sint, ut docet Hugo Donel. lib. 25. comm. c. 5. ad differentiam argumentorum, quæ intrinseca probatio dicitur, quia ex ipsis rebus deducuntur. Tamen testimonium, aut dictum testis est idem ac affirmatio quæ non in ratione aliqua posita est, sed in dicentis auctoritate, & sic fides à probitate dicentis dependet d. l. 2. ff. de test. d. l. testium. S. item Divus ibi: *ut is de fide testium quæreret.* Ob quod valde necessarium videtur examen per ipsum Iudicem sciendum in arduis, ut percipere possit auctoritatem, sive probitatem dicentis. At verò instrumenta seu tabulæ publica auctoritate nituntur: nam fuerunt adinventæ ad fidem præstandam rei gestæ, sub certa forma, & per publicas personas compactæ, ut docet idem Donellus d. lib. 25. c. 8. & sic firmitas, & fides earundem consistit in publica auctoritate, & cognoscitur per subscriptionem personæ, cui similis facultas attributa est, ut sunt Actuarii, Tabelliones, sive Notarii, qui per supremos Magistratus publicè designantur, ad ea conficienda, ut latè & bene probat Larrea allegat. ff. 95. n. 4. & post eum Pater Fragolo de regim. part. 1. lib. 5. disp. 13. n. 298. cum seqq. Ex quibus aperte colligitur, quod persona conficientis tabulas, seu acta, jam auctoritate publica approbata est, tamquam omni exceptione major, si quis ex argentiariis, §. quid enim, ff. de edendo, Fragolo d. disp. 13. n. 270. l. 3. & 4. tit. 19. part. 13. ubi Greg. Lopez Azevedo in Rub. d. tit. 25. lib. 4. recopil. ex n. 15. Latissimè Amaia in l. si quis procurator nem. 34. C. de decur. lib. 10. ex n. 6. qui n. 36. plures laudat, ac per consequens non requiritur examen probitatis ejusdem, sicut persona testis, quæ nulla approbatione juvatur. Quod examinandum venit, est instrumentum an in forma publica factum reperiat, ad quod obtinendum sufficit quod ipsum instrumentum Iudici edatur, & parti copia ministretur, ut si habuerit, suam defensionem probet.

17 Quintum fundamentum desumitur ex eo quod testes, ut reum afficiant, debent, ipso legitime citato, aut præsentem jurare, l. 9. C. de testib. cum vulgaris. Testimonia autem, ut dicunt isti Doctores, sunt attestations absque juramento factæ in scio reo, quare non probare concludunt. Sed facillimè hoc fundamentum diluitur; nam in d. l. 9. C. de test. ided juramentum exigitur à Constantino, ut religione jurisjurandi testes astringantur ad veritatem dicendam, quod pluribus firmant Doctores adducti per Barbof. in collect. ad c. tuis 39. de testib. n. 2. Sed hæc jurisjurandi religio non deficit in confectioe instrumenti, quia Tabelliones, Actuarii, vel Notarii quando eis confertur publica auctoritas conficiendi



tabulas seu instrumenta juramento adstringuntur, de bene & fideliter procedendo in exercitio muneris, Speculator in tit. de instr. edit. §. restat. vers. item jurat. Camil. Borrel. de Magis. lib. 1. c. 14. n. 26. Fragofo d. disput. 13. n. 273. in fin. Apud nos Text. in d. l. 4. tit. 19. part. 3. ubi Gregor. Lopez glos. 5. & in l. 8. tit. 18. ead. part. glos. 2. Azevedo in d. Rubi. tit. 25. lib. 4. n. 24. Montal. in l. 1. glos. 1. tit. 8. lib. 1. for. leg. & sic in confectione cujuslibet instrumenti adest religio jurisjurandi, citatio enim non requiritur sicut in examine testium, sed quod copia ei tradatur, ut se defendat, & quod fiat de eo quod ipse praesens patravit.

21 Sextum fundamentum desumitur ex l. divus Adrianus 6. ff. de cust. reor. ibi: non esse antique epistolis eorum credendum. Ex quibus verbis Bartol. relatus per Canteram d. c. 3. infert scripturis, sive instrumentis in criminalibus credendum non esse: sed perperam, quia Marcianus in eo Text. non de tabulis, instrumentis, seu actis publicis confectis, sed de epistolis delatoris, nempe Irenarchae, Curiosi, sive Stationarii, tractabat, ut in Textu patet & dixi d. contr. 15. n. 44. ex delatoris epistola ad publicum instrumentum, qualis & quantitas differentia sit, nemo est qui nesciat.

22 Septimum & ultimum fundamentum ab his Doctoribus adductum desumitur ex c. cum in Ecclesia de major. & obed. in quo dicunt contineri quod crimina per authenticas scripturas non probantur. Sed absit, imò Textus dicit probari, ut notat Glos. verb. authenticas, & addit quod nihilominus plures tenent quod crimina per Authenticas scripturas non probantur. Quos sequitur & enumerat Barbosa in collect. ad hunc Text. n. 3. Ex quibus clare liquet quod licet haec opinio plures sequaces habeat, nullius Textus decisione juvatur, neque ratione urgenti concluditur.

23 Contraria autem sententia apertissimis juribus comprobata reperitur, & sic regula certa & indubitata resultat, quod crimina possunt per instrumenta probari. Quam conclusionem in primis mihi probat Text. in d. l. fin. C. de probat. in quo Imperator, sic dixisse apparet, dum de criminibus probandis refert: eam se rem deferre in publicam notionem debere, quae munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indicis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita.

24 Quo Textus tres probandi criminis spe-

cies constituit, nempe testes, instrumenta seu documenta & indicia: cuncta requirens perfecta, testes idoneos, instrumenta apertissima, indicia indubitata, & luce clariora; si enim probatio testium admittitur, quare instrumenta rejiciantur: Quid enim juvat quod Doctores excludant, si lex ipsa apertissime includit? Nos enim leges profitemur, non Doctorum placita, seu traditiones.

Secundo idem mihi probat Textus in l. 1. C. quor. appellat. non recip. Quo Imperator, dum verbum facit de crimine probato ad effectum recipiendi appellacionem, vel non, inquit ibi: ita aequum est testibus productis instrumentisque prolatis, aliisque argumentis praesentis. Eadem tres probandi species enumerans: quibus reus in criminalibus convinci & condemnari posse profertur; & aequaliter constituit, quod per testes instrumenta, & indicia convinci & condemnari possit, ob quod instrumentorum probandi speciem pariter approbat.

Tertio expendo Textum in l. ubi falsi 27. C. ad leg. Cornel. de fals. quo Imperator sic refert: ubi falsi examen incidit, tam acerrima fiat indagatio argumentis, testibus, scripturarum collatione, aliisque vestigiis veritatis. Constantinus enim, crimen falsitatis totis viribus detestando, justitiam acerrimam fieri indagacionem per eandem tres species probandi, & vestigia veritatis enumerando scripturas expresse, ut cunctis innoscat, hoc indubitatum in jure semper fuisse.

Quarto expendo Text. in l. in exercendis 28. dis. 15. C. de fid. instrum. cujus verba sunt haec: in exercendis libris eandem vim obtinent tam fides instrumentorum, quam depositiones testium. In eo enim Constantinus Imperator eandem vim tribuit ad lites instrumentorum fidei, quam depositionibus testium, nulla adhibita distinctione inter causas civiles & criminales. Quod patet ex eo quod utitur verbo libris quod utriusque commune est; ut probant Textus in l. in senatusconsultum 15. §. qui post inscriptionem. ff. ad Senat. Conf. Turpil. l. ex judiciorum 20. ff. de accusat. l. 3. C. qui accus. non poss. d. l. ubi falsi 22. C. ad leg. Cornel. de fals. cum similibus.

Quinto expendi potest Text. in d. c. cum in Ecclesia, de major. & obed. nam quidquid dicant Doctores contrariae opinionis, ut dixi n. 12. Pontifex clare supponit crimen, de quo ibi per authenticas scripturas probari licet conniventibus oculis

oculi poenam remiserit, ut notat Glos. sa dicto verbo, authenticas, atque adeo huic sententiae non deficit canonizatio juris Pontificii, cujus aequitatem Hispani toto corde veneramur, & sequimur.

31 Sexto expendo Textum in lege 21. titulo 1. libro 2. for. judic. Quo Flavius Reccefuintus dixerat: El tuez que bien quisiere oir el pleito, deve primero saber la verdad de los testimonios si los oviere, en el pleito, o del escrito si lo oviere. In hoc enim Textu species probandi regulares enumerantur: in primis enim ponitur modus probandi per testes, testimonios; testimonia enim, ut dixi, de jure communi; dicta testium censentur: apud nos sic similiter lege 1. & toto titulo 8. libro 2. for. leg. ubi

32 Montalvus Alphonsus de Villadiego in glos. dict. leg. 21. numero 4. quo plures probat idem. Secundo ponitur Escribo, per quod verbum intelligitur probatio facta per scripturas & instrumenta. Idem Villadiego ibidem, numero 10. Qui num. 14. docet quod si instrumentum obtinet solemnitates requisitas probabit plenissime; in eo enim Textu tam de causis criminalibus quam civilibus cavetur, ut liquet ex his quae tradit ipsa

33 se Villadiego numero 7. Quibus additur quod Rex ille locutus fuit per verbum pleito, quod est idem ac lites; sub nomine enim lites tam criminales quam civiles causas comprehendere probavi supra numero 17. Quod apud nos indubitanter procedit; nam verbum pleito tam de civili quam de criminali per jura nostra intelligitur l. 7. tit. 2. lib. 8. lege 18. tit. 1. lib. 2. for. judic. lege 7. tit. 10. libro 4. for. leg. l. 4. tit. 29. p. 7. l. 2. titulo 10. libro 4. recopilacionis, & alibi passim. Ergo jure Hispano antiquiori usu recepta fuit probatio in criminalibus per instrumenta.

Septimo expendo Textum in lege 8. titulo 14. parte 3. quo Rex noster Alphonsus dum species probandi enumerat, dicit: o cartas fechas por mano de escrivano publico. Quod hoc intelligatur tam de criminali quam de civili patet ex contextu illius legis; in ea enim Alphonsus Montalv. glosa 1. in principio, dixit Textum loqui de inspectio- ne faciendae per obstetrices & matronas de muliere stuprum passa, quod ad judicium criminale pertinet. Gregorius Lopez ibidem Glosa 4. interpretatur ea D. D. Laur. Matthan, de Re Crim. Pars 1.

quae de suspicionibus in hoc Textu dicuntur juxta Textum in lege absentem, digests de panis, & sic & de criminalibus causis loqui Regem nostrum recte concluditur. Qui quidem in proamio tituli 18. ejusdem partis 3. dixit ibi: en los ritos antes dest fallamos de los testigos, e de las pesquisas que es una de las maneras de prueba que se hace por voz viva: queremos aqui dezir de todas las escrituras de qual manera quier que sean de que pueda nacer prueba, o averiguamiento in juicio, que es otra manera de prueba, a que llaman voz muerta. Indubitanter enim de causis criminalibus etiam loquebatur; tam quia dixit posse oriri ex scripturis probationem in judicio quod comprehendit criminale, ut patet, quia quia loquendo de testibus in eodem Textu memoravit Pesquisas, id est, inquisitiones criminum, & tractando immediate de scripturis, nulla facta distinctione, eodem thmate retento loquutum fuisse fatendum est. Quae omnia confirmantur per Textum in lege 114. eodem titulo 18. ibi: Valer deven las cartas para probar con ellas los pleitos sobre que fueron fechas. Quibus verbis comprehendere causas criminales ex dictis patet, quia sub verbum pleito, comprehenduntur; sed instrumentum juxta hanc legem obtinent firmitatem ad probandam litem ad quam confecta fuerint: ergo confecta ad causam criminalem probabunt.

Octavo expendo Textum in lege 3. titulo 8. libro 1. for. leg. junct. lege 6. eodem titulo. In dicta lege 3. cautum habemus quod cuicumque jubenti fieri instrumentum ad litem, de mandato Judicis, illico ei tradatur: in dicta vero lege 6. quod si pars opponat tradendum non esse, nihilominus debet tradi, nisi Judicis ostendat rationem ob quam tradi non debet; jam enim probatum remanet sub nomine lites causas criminales comprehendere. Si igitur ad requisitionem partis de mandato Judicis instrumentum ad litem fieri debet, & illico tradi rite confectum etiam renuente altera parte probabit, ut ex dictis resultat. Nec relevat si dicat has leges loqui de instrumentis jam factis, quorum exemplar petitur, quia originale fuit deperditum, vel alia de causa: quia dicta lege 3. de instrumento faciendae aperte loqui-



tur ibi: que aquello que mandaren facer cartas para sus pleitos, quier por mandado del Alcalde, quier por otra guisa. Et dicta lege 6. pariter de instrumento faciendo cavet, ibi: e no lo dexa de facer maguer que la otra parte se lo defienda, ut notat Montalvus in dicta lege 3. verb. e no lo dexa, quo probat quod si Actuarius ad mandatum iudicis non fecerit instrumentum, nec parti dederit, propter inobedientiam debet officio privari. Et sic rectè concluditur instrumenta ad litem, renuente parte, non solum posse fieri, sed debere fieri.

38 Nond expendo Textum in l. 6. titulo 11. lib. 3. ordin. quo cavetur quod usque ad conclusionem causæ possint edi instrumenta ad probandum. Hic Textus tam de civili quam de criminali causa tractat, ob quod Didacus Perez in glossa fallent. 2. docet quod ejus dispositio fallit in causa criminali in qua non concluditur in causa, hinc fit ut in distincte post causa conclusionem producti possunt. Hanc eandem fallentiam pluribus probat Pareja tom. 2. tit. 6. resolut. 3. numero 70. cum seqq. quo infinitos Doctores ad ejus comprobationem laudat, quibus addendus Ciazus discept. 18. num. 18. si enim instrumenta in iudicio criminali non probarent, vana esset disputatio de illis edendis post conclusionem causæ, vel ante. Nec dici potest quod favore rei probant, non verò favore fisci, vel accusatoris; nam hoc divinatorium est, quia in jure simile privilegium concessum non reperitur, & obstat ratio ne ad impariam accusator & reus judicentur, l. cum pater, §. evictis, ff. de legat. 2. cum aliis plurimis adductis per Barbosa axiomate 16. num. 2.

40 Decimò expendo Textum in l. 1. tit. 6. lib. 4. recopil. quatenus in eo cavetur quod dicenti se habere testes in regione longinqua, vel ultra marina, concedi debet tempus competens ad comprobandum. Quam dispositionem ad probationem sciendam per instrumenta extendi nostrates docent, ut notat Azev. in d. l. 1. n. 12. ea nimirum ratione: quia sub nomine testium instrumenta comprehenduntur, ut probat Text. in leg. 1. ff. de fide instrument. & in leg. notionem 99. §. instrumentorum ff. de verbor. signif. Docent præter ordinarios in his iuribus, Azevedo ubi prox. Jacob. Cujacius in dicta lege notionem. Antonius Mattheus de crimin. lib. 48. digestis, titulo 15. capite 5. nu-

mero 1. ad medium. Ergo sicut testibus crimina probantur, sic similiter instrumentis.

Ex quibus clarissimè concluditur probationem ex instrumentis nullatenus exclusam esse à causis criminalibus, imò cum sit probatio evidens, ut dixit Pontifex in capite cum dilecti, ubi Abbas & Barbat. de donation. & in cap. cum inter de re judic. & manifesta probatio gloss. in l. fin. C. de reb. cred. & probatio probata Clem. sepe, de verborum significatione, lege cum precibus, Cod. de probat. Tiraquellus de utrog. retract. tit. 1. §. 2. gloss. 1. num. 20. cum seqq. Azevedus in rub. titulo 2. lib. 6. recopilationis, num. 238. imò testibus potior, ut docuit Marcellus in leg. census 10. ff. de probat. Bonus etiam Text. in l. optimum. 14. C. de contr. & com. stipul. ibi: & melius quidem si per scripturam, Textus etiam optimus in l. si aliterius 3. C. si minor. se major. ibi: & evidentè ex instrumentorum probatione, non per restium depositiones, Semper, & ubicunque adhibeatur debet admitti, quia ejus fides incorrupta censetur l. emancipatione, Cod. de fid. instrument. Quæ conclusio communi calculo Doctorum recepta est, quos cumulat Pareja d. tom. 1. tit. 1. resolut. 3. §. 2. num. 3. quoad futuritatem cuncta ad materiam spectantia reperies.

Hanc conclusionem tenuit Antonius Mattheus dicto titulo 15. cap. 1. & 5. per totum, eamque nervosè defendens contra tot Doctorum placita quorum, corypheus fuit Cynus & compiler, Farinacius dicta questione 84. numero 1. & seqq. in quem insurgens sic dixit: Pro regula tradit delictum non probari per instrumentum, cui firmande ex Cyno alias quoque rationes adducit, sed valde ineptas, quasque ob id referre pudeat: nec enim ullam vim arguendi habent, ne probabilem quidem, ne dum necessariam. Nisi forte probabilem iudices que ex dicta lege ultima, Codice de probation. adducitur, in criminalibus apertissimis probationibus opus esse: non posse autem instrumenta plenissimam criminis fidem facere; idem tamen tot adducit limitationes, ut regulam ipsam absumere, atque absorbere videantur; idque vel solum regule periclitantis argumentum non leve visum est. Quæ quantum vera sint, facile percipitur lecta quacumque Farinacii questione, quia limitationibus, seu declarationibus attentè timatis, mens non valet percipere an neger, affirmetve

Com

45 Comprobat idem Antonius Mattheus hanc sententiam pluribus exemplis delictorum cujusvis speciei, per instrumenta, tabulas, epistolas, & alias scripturas probatorum, ex Ciceron. in oration. pro Bruto, & in 3. verr. Asconio Pedian. in not. ad eandem 3. in verr. Valer. Max. lib. 6. capite 5. Cornel. Tacit. lib. 11. Annal. Plinio lib. 3. epist. 6. quorum verba non trado; quia ab eo relata sunt; ac tandem concludit cum recentiori exemplo Ducis Bironii, convicti de crimine perduellionis propriis commentariis, de quo Thuan. histor. Franc. lib. 128.

46 Hanc sententiam firmarunt ex antiquioribus Bald. & Salicetus in d. l. fin. C. de probat. Accurs. in gloss. ad eund. Text. verb. Documentis, Paulus de Castro in epigram. ad Text. in l. in exercendis, C. de fide instrument. & Felin. in d. c. cum in Ecclesia de majorit. & obed. fallent. ult. Berol. in car. si clerici d. n. 14. de jud. Angel. in l. 1. ad fin. ff. de furt. Clar. §. fin. q. 54. vers. quero nunquid. Ex recentioribus Farin. consilio crimin. 25. num. 63. cum seqq. quò velit nolit, decisionem tradit de convicto per proprium Chirographum, ad torturam, & pœnam extraordinariam. Hugo Donell. lib. 25. Commun. capite 8. & ibi: Osualdus Illiger. Jacob. Cujac. in d. leg. final. c. de probat. Petrus Caballus cas. 293. n. 35. Cæsar Carena de inquis. part. 4. tit. 4. ex n. 1. Leotard. de usur. q. 100. n. 18. Quibus addendi cuncti adducti per Valenzuelam cons. 26. n. 14. & cons. 33. n. 195. & per Giurbam cons. 76. n. 16. quatenus firmant quòd officiali attestanti de re ad suum officium spectante, credendum est. Neque ab ea excludendi sunt relati per Farin. & Canteram ubi supra; nam aut limitando, aut distinguendo hanc sententiam in pluribus casibus firmare coguntur: sed quia regula per nos tradita non procedit indistinctim, vel absolute ita ut ex sola editione instrumenti, quodlibet crimen probatum censetur; eam explicare necesse habemus.

48 Prænoto igitur, quod tres sunt species scripturæ, tabularum, seu instrumentorum, quibus delictum probari valet, nempe instrumentum publicum inter privatos confectum, coram publico Tabellione: acta judicialia de mandato iudicis perfecta per Actuarium destinatum ad causas de quibus agitur: & scripturæ privatæ per ipsum reum, vel de ejus

consensu scriptæ, vel in posse illius peractæ.

Dico primò, quòd instrumenta inter privatos confecta, si continent crimen expressum commissum in ipso actu de quo Tabellio rogatur, probatum remanet in ipso instrumento. Hæc enim est prima limitatio quam ponit Farin. dicta questione 84. num. 7. & quæ regulam destruit; & ratio est, quia plura delicta scribendo, paciscendo, atque contrahendo patrantur, & sic instrumentum ipsius pacti seu contractus, vel scriptura ipsa, crimen demonstrat liquidè & concludenter. Neque in hoc casu pendet ex sola potestate Tabellionis plena probatio absolute, quia de jure rogatio coram teste requiritur, & apud nos superadditur subscriptio contrahentium, ut cavetur in l. 13. titulo 25. libro 4. recopil. ubi Azevedo num. 41. & sic scriptum delictum probans subscriptione rei firmatur. Ob quod inducit notorium, probationem probatam, evidentem, manifestam, realem, indubitam habens vim casus legis, & decisionis, ut probavi n. 42. & 43. cum Pareja & ab eo relatis, quibus addendi Castillo libro 2. Contr. cap. 16. numero 5. & Sigismundus Scaccia libro 2. de jud. capite 7. num. 152. & Leotardus dicto num. 18. qui bene probant quòd cuncta in instrumento contenta apponuntur de voluntate partium. Hujus probationis exempla plurima vidi in Aula usu recepta, nempe in causa Joannis Perales Scribæ, de numero hujus Villæ, qui plurimas delegationes favore ignotarum pecuniarum confecerat ad exigendas pecunias depositas in posse cujusdam Mercatoris ex rebus cujusdam concursus coram eo actiati sub hasta vendutatis, quas ipse exigebat. In causa alterius Tabellionis qui ex falsis relationibus à iudice subreptitiæ mandatum obtinuit ad exigendum ingentem pecuniæ summam pariter depositam, & spectantem ad quandam Capellaniam, ad cujus favorem instrumentum venditionis census ejusdem quantitatis supposuit; isti enim fraude detecta per has scripturas fuerunt convicti. Aliam pulchriorem speciem præ manibus habui, in eum qui sub prætextu officii emere sub hasta solitus erat plures res soli, ex his quæ in publicis subhastationibus vendantur solent, ut creditoribus satisfiat,

S 4 lici



licitatoribus per concussionem ab auctione remotis, ut sibi levioribus pretio pignora adjicerentur: quo obtento sub brevis manus fictione plus danti adjectum pignus cedebat; quæ comprobati cœperant ex aliquibus auctionibus ad favorem illius provisis pretio exiguiori, & ex cessionibus ab ipso factis brevissimo interjecto tempore pro majori pretio; sed hæc causa ad effectum non pervenit, quia dum hæc instrumenta quærebantur, reus violenta morte præventus, pœnam temporalem evasit. Nec dissimilis est comprobatio resultans in Actuarium causæ necis Emanuelis Carrasco, de qua *contr. 9.* Nam perfecerat instrumentum, sive acta recognitionis cadaveris, concludendo morte naturali decessisse, & cum postea de violenta nece per vulnera oculatiter appareret, delictum remansit comprobatum, ut ibi explicavi. Neque abest à proposito comprobatio criminis repetundarum, de quo differit Dominus Larrea *allegat. ff. 48. per tot.* Quoad plenam probationem criminis stellionatus, plura exempla præ manibus habentur in Aula comprobata per instrumenta, quibus eadem res pluribus vendita, vel hypothecata resultat, quæ referre cœdet, ne in his prolixus appaream, sicut de usurariis contractibus.

54 Secunda species instrumenti, sive scripturæ, sunt acta judicialia; si enim in aliquo ex eis constante solemnitatibus requisitis per *l. 24. tit. 8. lib. 8. recopil.* fides de aliquo facto per Actuarium præstetur, plenè probare tenendum est: Requisita autem *d. l. 24.* sunt quod fiat per Actuarium causæ, ad partis requisitionem, vel de mandato judicis ex officio procedentis. Verba enim Textus sunt hæc: *Los Escrivanos de los Alcaldes no pueden hacer ni assentar autos, nin otros escriptos en sus audiencias, en los pleitos que ante ellos pendieren, sino les fuere pedido por las partes, o el Alcalde que conociere de la causa lo mandare de su officio.* Requiritur itaque quod sit Actuarius ad id destinatus, ne fidem præstet de re ad suum munus non spectante; quod fiat ad partium, non partis, requisitionem, vel de præcepto judicis ex officio mandantis; licet enim iste Textus collocatus reperitur in titulo tractante de Actuariis causarum civilium nempè *de los Insagados de Provincia*, cum loquatur per verbum *processos*, quod commune est tam ad causas civiles quam ad criminales, ut de lite

dixi, & de Judice ex officio procedente, quod speciale est causarum criminalium, de eis intelligi debet. Et nota quod licet verbum *autos* abusive referri solet ad interlocutiones & decreta judicium, in hoc Textu non potest capi sub hac significatione, quia cum æqualiter de fiendis ad requisitionem partium, ac de mandato Judicis loquatur, & partes nullam pronuntiationem facere possint, intelligendum est in proprio & ampliori significato, ita ut actorum appellatione comprehendantur hic omnes illæ scripturæ quæ de dictis & factis partium Judice mandante conscribuntur, ut probat pluribus, Pareja *tit. 5. resol. 1. n. 72.* & sic sub nomine *autos* comprehenduntur instrumenta, tabulæ, relationes, & cætera quæ ad iudicium colliguntur & compilantur, & hæc omnia non possunt fieri nisi consentientibus partibus; vel Judice ex officio mandante. Ex quibus sequitur quod si aliquid fiat sub hac forma *actorum* nomine propriè comprehensum erit, & plenè probabit. Tum quia acta judicialia plenè probant, quod enim ex eis apparet, notoriè & evidenter constate dicitur. Ruin. *conf. 88. l. 4.* Guid. Pap. *decis. 50.* Menoch. *conf. 110. n. 72. l. 2.* Ofalcus *decis. Pedem. 142. n. 33.* Cæsar. Barz. *decis. Bonon. 55. n. 5.* Rota *dec. 100. n. 12. p. 1. divers. Caputaq. decis. 266. parte 2.* Surd. *conf. 405. n. 21.* Cenedus *quest. can. 45. n. 14.* Marefcot. *variar. l. 1. c. 86. ex n. 28. & c. 87. ex n. 29.* Postius *de manupent. post. tract. decis. 120. n. 5.* Ex nostratibus Covarruv. *practicar. cap. 15. num. 3.* Avendañus *respons. 26. num. 10.* Otalora *de nobil. 3. p. cap. 5. n. 3.* Didacus Perez *in l. 2. tit. 15. lib. 3. Ordin. gloss. l. vers. intellige & limita.* Melisa *in l. Toleti in respons. ad prim. part. 2. fundam. n. 25.* Azevedus *in l. 2. tit. 17. numero 30. cum seqq. lib. 4. recopil. Guttierrez. practicar. l. 1. quest. 96. ex num. 5.* Salgatus *de reg. proreç. part. 1. cap. 2. num. 101. cum seqq. & part. 3. cap. 9. à princip.* Pareja *tit. 2. resol. 6. num. 9.* Tum etiam quia publico officiali fidem facienti de re aliqua suum munus tangente credendum est; Text. *in l. 2. §. cura carnis, ff. de offic. Præf. urb. l. magis puto, §. ne tamen, ff. de reb. eorum, l. apparitores, Cod. de exactor. tribut. l. si quis decurio, C. ad leg. Cornel. de fals. c. prudentiam, de appellat. c. si forte in fin. dist. 65. Bartol. in l. quedam, §. nummularios, ff. de edend. ubi alii plures Alex. *conf. 179. num. 1. lib. 6.* Gratus *respons. 66. num. 26. lib. 1.**

lib. 1. Socin. *conf. 159. lib. 2.* Marcabrun. *conf. 32. num. 137.* Tufchus *lit. O. conclus. 102. num. 1.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 48. num. 40.* Macerat. *lib. 3. resol. 1. n. 6.* aliis relatis Valenz. *d. conf. 26. n. 14. & conf. 33. num. 195.* Ciurba *d. conf. 76. n. 16.*

59 Neque ad hanc fidem præstandam de iudicis mandato testes instrumentales requiruntur, itane ex eorum defectu minus solemnis fides dicatur, quia ut docet Imperator *in l. in donationibus 31. C. de donat. ibi: superfluum est privatum testimonium, cum publica monumenta sufficiant:* quod etiam probat Text. *in l. scripturas 11. C. qui pot. in pignor. habeant. & in l. omnium 29. C. de testam.* Notant glos. & Dion. Gorofred. *in d. l. in donationibus.* Donellus *d. lib. 25. cap. 8.* ubi Illigeri. *lit. M. & Petrus Gregor. lib. 24. synag. c. 14. num. 10. in fin.*

60 Hujus instrumenti, seu horum actorum probatio non solum usu recepta est in praxi, sed necessaria, ut eis credatur plenè in rebus magni præjudicii, dummodò fiant iudicis præcepto & auctoritate: ut frequenter evenit in apprehensionibus rei furatæ, falsæ monetæ, instrumentorum ad eam eudendam, rerum extrahi, vel introduci prohibitarum, restitutione reorum ad Ecclesiam quando in articulo immunitatis obtinuerunt, in probatione corporis delicti, cuiusvis speciei sit, dummodò peritorum examen non requiratur, & in omnibus diligentius judicialibus, quæ tam in ordinario quam in præparatorio causarum criminalium, etiam capitalium, fieri solent & debent, ita ut eis credatur etiam si rei negaverint. Et licet in probatione immediata ipsius delicti raro eveniat quod Actuarius causæ criminalis reperatur, ut præstare fidem possit de substantia criminis, cum omnibus qualitatibus memoratis & requisitis per *d. l. 24.* si tamen aliquando reperatur probationem facere de eis quæ coram eo gesta sunt, est dicendum; quia, ut dixi, acta judicialia rem notoriam faciunt, & quod ex eorum inspectione apparet evidenter constare dicitur, ut probavi *num. 57.*

61 Neque ex eo quod à communiter contingenti Actuarius præstare non possit fidem de tota serie delicti, infirmabitur fides facti de quo attestatur. Nam sicuti ex eo quod in probatione testimonium dicta cum dictis aliorum coadjuventur & suppleant, priorum dicta

non infirmantur, ut putà si duo testes deponant Titium necesse Sempronium, & alii duo de tractatu, & insidiis ad eum occidendum concluderent, non per hoc fides priorum infirmabitur, sed imò utrorumque dictis collectis liquida probatio resultabit homicidii insidios: sic similiter si aliquid factum per fidem Actuarii probetur, quantumvis aliud probandum sit per aliud genus probationis vel per idem, ut probatio liquida totius delicti resulter; non inde fides Actuarii invalida remanebit, respectu facti in ea attestati. Quod in substantia idem est ac contentum *in l. 14. ampliatione* ex adductis per Farin. *d. quest. 84. num. 33.* dicentis instrumenta indirectè atque coadjuvando, delicta probare. Neque dici potest quod isti attestationibus deficit vinculum juramenti: nam, ut dixi, Actuarii sunt officiales jurati, non solum quando eis conceditur auctoritas conscribendi instrumenta, sed etiam quando in Aula admittuntur ad hoc munus exercendum; & cum supponamus juxta *d. l. 24.* quod fidem debent præstare de iudicis præcepto, jam illius auctoritas adest, sicut in examine testium, qui quidem in rebus magni momenti examine tenetur ipsi Actuarius respectu eorum de quibus fides præstanda est.

Tertia species scripturæ per quam crimina probari possunt, est scriptura privata, manu propria rei, vel de illius consensu scripta, aut penes eum reposita continens delictum expressum, quod probatum remanebit in scribentem, vel mandantem, aut consentientem scribi. Sed quia hæc non potest dici probatio probata, semper necessaria erit comprobatio scripturæ, aut per recognitionem, ut evenit in casu de quo Farin. *d. conf. 25.* & tradit Ant. Matth. *d. cap. 5.* cujus recognitionis effectus tribuit scripturæ private vim atque efficaciam publici instrumenti, Text. *in l. 5. tit. 21. lib. 4. recopil.* ubi Azevedo *n. 1. & seqq.* quod antiquitus jam cautum reperiebatur per *l. 119. tit. 18. part. 3.* ubi Gregor. Lopez *gloss. 4.* pluribus Dom Joseph Vela *dissert. 23. per tot.* quibus addendus Pareja *d. tit. 1. resol. 3. §. 5. numero 23. 24. & 99.* In quo dubium non est, quia similis recognitio habet vim confessionis judicialis, ubi isti Doctores faentur, præsertim Valenz. *conf. 112. num. 48.* & Vela *dissert. 11. n. 16. & dissert. 23. num. 3.* De alio genere probationis idem asserit Ant. Mathæus



Matthæus d. cap. 5. in fin. Sed ego si probatio est perfecta, & concludens, cum in hac parte sequor, ut puta si testes dixissent se vidisse scribere, vel consensum scribenti accommodasse: & ratio est quia generaliter in omni negotio scriptura privata probat contra scribentem l. publica, §. fin. ff. deposit. l. quædam, §. numerarios, ff. de eden. cum aliis plurimis traditis per Parejam d. tit. 1. Resol. 3. §. 5. numero 25 & etiam quoad mandantem, vel consentientem, quia agentes & consentientes pari pœna puniuntur, l. jubemus. §. Oeconomus, c. de Sacros. Eccles. c. 1. de offic. delegat. c. qui cum fure de furt. c. quarta de sent. excomm. l. 1. 2. 3. tit. 8. lib. 2. for. leg. l. 1. tit. 13. lib. 4. ejusd. Farin. quest. 18. per plur. seq. & conf. 66. num. 18. ex nostratib. Covarr. in reg. peccatum p. 2. §. 12. ex num. 1. Azevedo in l. 4. tit. 20. lib. 6. & in l. 2. num. 218. tit. 13. lib. 8. recopil. Barbosa axiom. 19. num. 1. Quod verò subjungit de comparatione litterarum, quoad plenam condemnationem valdè dubito, quia dispositio Text. in l. comparationes 20. C. de fid. instrum. non est admissa in criminalibus; Mase. de probat. lib. 1. Concluf. 330. n. 25. Gasp. Ant. Thesaur. quest. For. lib. 1. q. 24. n. 26. Farin. conf. 70. num. 4. l. 1. & de falsi. quest. 175. n. 18. Ant. Fab. in C. lib. 4. tit. 14. defn. 71. num. 5. Benè verò concurrentibus adminiculis ex urgentibus Thom. Grammat. decis. 34. num. 15. & 16. Thesaur. d. n. 26. Ciriac. controvers. 272. num. 5. & 6. latè Scaccia de jud. lib. 2. c. 11. n. 999. cum seqq. Menoch. de arbitrar. cas. 114. num. 7. & sic definitum fuit per nostram Aulam in causa Joannis Matthiæ Ximenez Pharmacopola die 17. Januarii 1664. Actuarius Emanuele Paramo. Ille reus per epistolas sub minis mortis diversas pecuniæ summas extorquere conabatur: signanter à Dom Francisco de Arce Arcario supremi Senatus belli, per has minas extorquere centum aureos intentavit. Fuit etiam apprehensus cum epistola inscripta illustri Comiti de Chinchon, per quam similem quantitatem sub eadem mortis comminatione postulabat. Has mittere solitus erat per manus Ecclesiasticarum personarum: primam tradiderat cuidam Clerico Regulari Congregationis Beati Caerani. Secundam mittebat sub alia epistola inscripta Paracho Ecclesiæ sanctissimi Salvatoris, hujus orbis. Quamplurimas literas amatorias oratione soluta

& composita, ac alia scripta, de pharmacis, apud eundem apprehenderunt satellites: has propria manu exaratas confessus fuit, epistolas crimina continententes negavit, fatendo traditionem primæ, & apprehensionem secundæ; quas accepisse ab ignoto asserbat. Hunc reum scribere jussu suam confessionem, cujus characteres ac illi scriptorum per eum recognitorum ita assimilabantur inter se, & characteribus epistolarum crimen continentium, ut non solum per Peritos, quos adhibui juxta formam d. Text. sed per judices & ceteros intuentes pro eisdem haberentur. Isto pacto convictus condemnatus fuit ad pœnam flagellationis, & remigii. Alios criminis istius reos, Aula condemnavit ad quæstionem, quia non ita concludenter scriptura comprobabatur. Nec dissimilis fuit comprobatio resistentiæ factæ per Marchionem de Acialcazar Appartori & scribæ; qui ad exequendum mandatum judicis, in domo quam habitabat, ingressi fuere: quia ex actis per eundem scribam, adminiculatis cum depositione Appartoris fuit condemnatus ad pœnam quatuor mille ducatorum & exilii anno 1667. Actuarius Francisco Mançano.

Si scriptura non sit manu rei scripta, vel de ejus consensu confecta, & in ea contineatur crimen, quando apud reum reperitur, & ex ea apparet, quod est conscius criminis, complicatis convincitur, ut in crimine Majestatis tenuerunt Decian. lib. 7. c. 13. n. 15. Caball. cas. 294. n. 229. imò in quocunque crimine Farin. quest. 130. num. 41. & ex nostratibus Plaça in epit. lib. 1. c. 15. n. 9. & c. 16. n. 5. Hujus declarationis exemplum adest in causa cujusdam adolescentuli, delati de crimine sodomia; apud quem reperta fuit epistola amatoria, ejus qui dicebatur actor; continens plura turpia ad crimen tendentia, sed consummationem minimè: confessus fuit legisse, cætera negavit; desuit comprobatio corporis delicti, ob quod neque quæstioni suppositus, neque de nefando punitus, sed extra ordinem pœnæ exilii condemnatus ex traditis per Caballum, cas. 16. n. 6.

Neque obstant tradita per Farin. Cy. 71. nium & Canteram ubi supra: nam, ut dixi, ex limitationibus & declarationibus eorundem, regula ab ipsis tradita destruitur, & nostra evidentè comprobatur; non

non quidem absolute, & indistinctim desumpta; sed modis & forma superius declarata, ita ut eodem pacto ac in testium depositionibus iudex speculari debet, an concludenter de crimine dicant, vel non; sic similiter instrumenti seu scripturæ verba perpendenda sunt, ut appareat an substantiam criminis, ejus mandatum, vel qualitatem contineant. Ex quibus sequitur quod si scriptura edita de substantia criminis fidem non præstat, sed confessionem illius contineat, tunc non resultabit criminis perfecta probatio, sed tantum confessio extrajudicialis ipsius, quia sive in instrumento, inter privatos, confecto, sive coram tabellione, vel ipso iudice, sive in privata scriptura crimen consteatur, semper deficiunt solemnitates requisitæ ad confessionem judicialem, ut potè delatio jurisjurandi, & examen formale, ac per consequens confessio extrajudicialis remanebit, perfectè tamen probata in suo genere, ut ex dictis resultat.

72. His suppositis, ad specialia quæstionis propozita deveniendo, videbatur dicendum, quod crimen superius memoratum plenè probatum remanebat mediante instrumento confecto per Actuarium, quia in eo aderat fides ipsius Actuarii, qui interfuit factò, munus actualiter exercendo; aderat præceptum judicis ex officio jubentis, & fuit confectum eodem die à publica, & authentica persona; de re ad suum munus spectante, cujus attestatio nuda non remanebat, imò juvabatur depositionibus Appartoris, & alterius testis de ipso factò concludenter deponentium ob quod plenè probatum crimen videbatur.

73. Nec dici poterat fidem Actuarii claudicare ex eo quod à nemine fuit rogatus juxta doctrinam Bartol. in authen. si quis in aliquo documento, C. de eden. quem sequuntur Petrus Gregor. Tolosan. dic. lib. 48. symag. c. 14. n. 10. Decian. conf. 24. n. 23. cum seqq. lib. 1. ex nostratibus Molin. de Hispan. Primog. l. 3. c. 13. n. 44. cum seqq. ubi Add. pluribus Castillo d. lib. 2. c. 16. n. 53. Nam, ut dixi, hoc procedit in instrumentis per privatos factis, non autem in actis judicialibus, in quibus juxta d. l. 24. tit. 8. lib. 2. recopil. defectus rogationis partium non vitiat actum quando sit de præcepto judicis ex officio procedentis, quia illius auctoritas supplet rogationem partium.

74. Nec opponi poterat fidem dedisse, de

te ad suum munus non spectante, quia hoc procederet si fides de qua loquimur fuisset præstita per simplicem Tabellionem, vel per Actuarium Causarum civilium. Actuarius enim qui fidem præstitam præstitit erat ex destinatis, & inservientibus Aulæ ad causas criminum instruendas, & sic probatio criminis ad eum ratione officii pertinebat, juxta l. 15. tit. 7. lib. 2. recopil. Imò judices sub nullitatis decreto per hos Actuarios criminales causas fulminare tenentur, ut in eod. Text. expressè cavetur.

Neque addi poterat quod delatoris officium subierat, quia similis oppositio respicit personam apparitoris cui ex muneris obligatione incumbit onus defendendi crimina ad notitiam judicis, & præmium sive stipendium delationis, ut dixi contr. 27. n. 14. quare non remanet testis idoneus tanquam deponens in causam suam, ut dixi de regim. Val. t. 2. c. 8. §. 8. n. 232. non autem personam Actuarii, cui nulla pars pœnæ pecuniariæ debetur, vel applicatur. Neque ex eo quod tempore commissi criminis non habuisset concessam commissionem speciale ad illud crimen inquirendum, acta illa vitio nullitatis laborabant; quia Commissio præstanda per judicem juxta legem superius memoratam hac ead. contr. n. 6. non ad causam consiciendam sive scribendam requiritur, sed ad examen testium, ut in eadem lege habetur: imò de omissione punitur Actuarius, qui causam delicti in sui presentia commissi non instruit: quibus additur quod fidem præstitit de præcepto judicis, quod sufficit, ut dixi.

Neque ex Doctrina communiter in criminalibus tradita, nempe apprehensoribus non esse credendum nisi formali examine præcedenti ad effectum torquendi, vel condemnandi, de qua Sigism. Scaccia. de jud. lib. 1. c. 78. n. 14. & Guaz. defen. 5. c. 8. n. 4. Actuarius adaptari valet, sicut per illationem dicebat causa hujus Patronus; asserendo Actuarium solemniter examinandum ut restem. Quia in primis superior traditio non est vera; imò, ut docet Caballus cas. 126. in fin. & cas. 127. num. 4. an apprehensoribus ad effectus prælibatos absque solemnitate credatur, residet sub arbitrio judicis; qui juxta personarum, & factorum qualitatem arbitrabitur quod justum fuerit: cujus sententiæ subscribo. Secundo quia valde diversa est relatio



latio apprehensoris ut apparitoris, Birroarii, vel similibus, de quibus Doctores prælibati loquuntur, à relatione Actuarii, qui publica auctoritate destinatur, ut fidem præster de iis, quæ coram eo geruntur, ob quod relationes per eum factæ de mandato iudicis inter publica monumenta numerantur, atque apponuntur, plenam probationem faciendo.

78 Sed ex his non remanet exclusa legitima impugnatio istius relationis, sive cuiusvis instrumenti, aut scripturæ. Quia licet dici jure possit, quod horum actorum judicialium publica fides, neque testibus, neque multo minus publicis instrumentis ex confectis inter privatos instrumenta valet, ut docuit Hugo Donell. d.l.25. com. c.8. ubi Illiger. lit.M. Quia hæc apud nos non procedunt ex Text. in l. 17. tit. 18. part. 3. quæ admittit probationem testium, & scripturarum ad reprobandum instrumentum publicum, requirens quatuor ad minus testes idoneos, ut idem Text. dicit & notat Greg. Lopez ibid. gloss. 2. pluribus Castillo d. c. 16. n. 18. quamvis iste Textus, & Doctores relati aperte de instrumento inter privatos confecto loquantur, tamen favore defensionis reorum admitti ejus dispositio debet, præsertim si impugnatio respiciat personam Actuarii, qui omni exceptione major desideratur ut probationem plenam inducat l. optimam in fin. C. de contr. & com. stipul. cum aliis adductis per Castellum d. c. 16. n. 12. & quia licet plurimi integerrimi sint, non pauci reperiantur qui in exercitio officii peccare frequenter solent, ut docet Gloss. in c. decernimus, & de sentent. excomm. in 6. Felin. ibid. & in c. ad probandum, colum. 2. vers. ceterum de re judic. Chassan. in consuetud. Burgund. §. 5. de just. n. 7. Petrus Gregor. Tolosan. d. c. 14. n. 9. Castillo d. n. 12. Azevedo in rub. d. tit. 25. n. 19. lib. 4. recap. latè Pareja iii. §. ref. 1. per tot. & quoad relationem nuntii destinati ad citationem, de qua per Actuarium instrumentum confectum fuit, Guazin. defens. 9. c. 4. n. 4. quod praxi receptum est.

81 Cum autem in hac causa plura probata fuissent impugnantia personas Actuarii, & Apparitoris, sub prætextu inimicitia in ipsum reum, & alius testis non fuisset formiter reproductus defectu probationis ex hac parte concordati voto fuit reus pœnæ extraordinariæ condemnatus. Quoad probationem instrumenti discordes erant Domini, nam aliqui

Farinacium sectando, doctrinam ejus sequebantur: Ceteri juxta prædicta calculum ponebantur.



### CONTROVERSIA XXIX.

De nece nequiter per feminam patrata in atrio Palatii Regis nostri potentissimi, instrumento sulfureo, sive Pistolete.

#### SUMMARIUM.

- 1 Facti species proponitur.
- 2 Notorium crimen dicitur, patratum in loco publico coram multitudinē.
- 3 In notoriis ordo est, ordinem non servare.
- 4 Homicidium potius casu, quam dolo factum presumitur. & n. 5. & 69.
- 5 Fæmineus sexus præsumptionem Doli excludit. & n. 72.
- Fæmina mitius puniri debent in pluribus criminibus, ibid. contrar. n. 76. cum seqq.
- 6 Fæmina molestam de Adulterio occidere potest, & n. 108.
- 7 Homicidium non est præmeditatum, si adsit causa provocationis.
- 8 Injuriatus atrociter impetu magis quam ex proposito delinquit.
- 9 Calore iracundiæ quæ sunt, non ex animo deliberato procedunt.
- Timor in fæmina vehementer, præsertim ex diffamatione. ibid.
- Fama pudicitia tenerrima in fæminis est. ibidem.
- 10 Calor iracundiæ permanet per aliquod temporis spatium arbitrio iudicis regulandum.
- 11 Insidiarum, & proditoris qualitas cessat, si adsit causa inimicitia inter occisum, & necantem.
- 12 Quod procedit etiam si occisus frater sit.
- 13 Factum, Dolum & malum animum comprobatur.
- 14 Homicidium præmeditatum patratum, pœna capitali puniendum.
- 15 Idem de jure Hispano procedit.
- 16 Jus Hispanicum, requirit quod allegans causam excludentem dolum, probare tenetur.
- 17 Inimicitia non excusat à pœna homicidii deliberati, nisi præcedat sententia.
- 18 Injuria verbalis, vitium meretricis fæminis attribuens, olim multum estimabatur.

19 Injuria

- 19 Injuria hæc pensanda nunc est, juxta recentem estimationem, despicientem hunc abusum.
- 20 Injuriarum actio estimatur, ex animo injuriandi.
- 21 Injuriosa verba in rixa prolata, circa animum injuriandi proferuntur.
- 22 Animus deliberatus ex intervallo resultat.
- 23 Iræ servans, quo patio puniendus ex sententia Platonis.
- 24 Dolus homicidium, quando dicitur.
- 25 Animus deliberatus, & dolus latent in corde.
- 26 Et sic probantur conjecturis, & indicis.
- 27 Insequi occisum, quærendo opportunitatem occidendi secure animum deliberatum comprobatur.
- 28 Genus armorum, animi præviam deliberationem denotat.
- 29 Ad fæminas non pertinet arma tractare.
- 30 Arma mulierum colus, susus & acus.
- Fæmina exclusa à successione feudorum servitium personale requirentium, quia arma tractare nequeunt. ibid.
- 31 Ex corporis parte lesa, resultat conjectura animi deliberati.
- 32 Machinatio dolosa, seu artificiosa cautela, animum malum indicat.
- 33 Inimicitia causa præcedens, animum occidendi declarat.
- 34 Inimicus obviam inimicum inventiens, & in eum irruens, impetu potest ferri, secus cum quærendo.
- 35 Locus in quo homicidium patratum, delinquendi deliberatum animum prodit.
- 36 Arbitrium iudicis regulandum, per rationem juris.
- 37 Dicitio incontinenti, sumenda secundum subjectam materiam.
- 38 Dicitio incontinenti, quomodo accipitur à lege, in causa injuria atrocis, & justis doloris.
- 39 Injuria alia sunt re, alia verbis.
- 40 Realis injuria est, quæ facta irrogatur.
- 41 Verbalis injuria, quæ per convitium inferitur.
- 42 Injuria facta irrogata propulsatio, à jure toleratur.
- 43 Injuria verbalis nisi statim retorqueatur, non excusat à pœna & ratio disparitatis.
- D.D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Pars I.
- 44 Ex injuria facti effectum permanentem producente, remanet dolor, & sic excusatio per leges concessa ulciscenti incontinenti, relinquatur arbitrio iudicis.
- 45 Doctores excusantes ab acerbitate pœnæ ordinaria, vindicantes post tempus, de injuria facti loquuntur.
- 46 Secus in verbali, quæ statim vindicanda est, excusationem præbeat.
- 47 Dicitio incontinenti, quomodo accipienda ad hunc effectum.
- 48 Omnis meditatio ultionis excludenda est in eo qui excusari desiderat.
- 49 Percutiens à tergo nullo dicto verbo insidiosè percussit.
- 50 Insidiosum homicidium quando dicitur patratum, ad effectum imponendi pœnam ordinariam.
- 51 Quid de jure Hispanorum.
- 52 Homicidium insidiosum, sive aleve, est illud quod patratum extra certamen, pugnam, vel rixam.
- 53 Homicidium patratum arcubus, sclopo, sive pistolete insidiosum, & proditorium est.
- 54 Instrumenti sulfurei parvi delatio, habet admixtam proditionem.
- 55 Homicidium patratum in Palatio Regis, proditorium est. Leg. 2. tit. 16. part. 2. expenditur, ibidem.
- 56 Homicidium patratum in accessoriis Palatii, proditorium pariter censendum.
- 57 Lex Julia majestatis, comprehendit quicquid perficitur in dedecus Principis.
- 58 Occasio inultius, quæ datur ex homicidio patrato in Palatio, est comprehensa in lege Julia majestatis.
- 59 Tumultus committitur ex subdito timore, & motu populari.
- 60 Commilitones charitate mutua afficiuntur.
- 61 Occidens militem Palatinum in legem majestatis peccat.
- 62 Aliquem militem Palatinum vulnerans, sacrilegii pœnâ plectendus.
- 63 Sacrilegium simile est, crimen læsæ majestatis.
- 64 Atria Palatii sub dispositione d.l. 2. comprehensa sunt.
- 65 Palatii nomen generale est, cuncta comprehendens.
- 66 Don Josephus Exea laudatur.
- 67 Palatii Regii Atributa, & excellentia in omnibus.

T 68 Crimina